



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

268. An Regulares ex confirmatione privilegiorum possint hodie absolvere
à quinque casibus Papalibus exceptis in Decreto Clem. VIII. & VIII. ac etiam
à casibus Episcopo reservatis. Ex p. 10. tr. 13. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

po competunt absolute, non vero in iis, qui ratione vrgentis necessitatis. Non est itaque absolute casus Episcopalis exercitium huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissima necessitatis, sed Pontificius; quia Pontifici absolute, & Episcopo secundum quid, seu ratione necessitatis, competit.

3. Non deseram tamen adnotare, nouissime sententiam Patris Pasqualigi, docete Leandrum à Murcia in *Regulam D. Francisci, cap. 7. q. 9. §. 2. n. 56.* vbi sic ait: [*En quanto à los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necesidad, y imposibilidad, en la persona que hizo el voto de recurrir al Papa, y de urgencia, y causa iusta para la dispensacion, los pueden dispensar los Obispos, es comun de los Doctores, y que quedan reservados à los Obispos por derecho ordinario, se prouea: porque por derecho diuino, si bien subordinado al Summo Pontefice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia, como conuincimento tienen los Doctores alegados por la quarta conclusion; luego este derecho e ordinario en el Obispo, y la reservacion extraordinaria, y special, y assi boluendo a el este derecho, y cesando por las circunstancias dichas, la reservacion al Papa, no le buelue cosa special, que no ouiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontifices conceden à los Regulares, que pueden dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circunstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso padran lo mismo los Confesores Regulares.] Ita ille. Sed nostra sententia non est deserta, cum sit communis inter Doctores: & idem contra Leandrum Capuccinum Hispanum, oppono alium Leandrum Hispanum Ordinis Discalceatorum Sanctissime Trinitatis, de *Sacr. tom. 2. tr. 9. disp. 2. q. 2. 2.* vbi, me citato, docet, Regulares posse vi suorum priuilegiorum dispensare in votis, in quibus iure ordinario potest Episcopus, non autem quando potest dispensare in casu vrgentis necessitatis.*

RESOL. CCLXVIII.

An Regulares ex confirmatione priuilegiorum possint hodie absolueri à quibus casibus Papalibus exceptis in Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reservatis: Ex p. 1. c. 11. §. 3. & Misc. 3. Ref. 2. 2.

§. 1. **A**D vtrumque casum affirmatiuè respondet Vidal in *Arca Theologia moralis, titulo de Casibus reservatis. Inquisit. 1. num. 107.* vbi sic ait: Regulares virtute saltem confirmationum priuilegiorum nunc tuta conscientia, & valide absolueri possunt omnes Christi fideles vndeunque venientes ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis quomodocumque sint, siue occulti, siue publici in foro tantum conscientia, præterquam ab his qui continentur in Bulla Cœnæ Domini: Vnde modo facultatem habent absolueri ab illis casibus nominatim referuatis à Clemente VIII. *Non obstantibus priuilegiis.* Et. Probatur nostra assertio: Quia Gregorius XIII. Religioni Societatis Iesu concessit amplissimum priuilegium, vt nulla derogatio sub qualibet forma præiudicet priuilegiis dictæ Societati concessis, si intimata non fuerit, ac dictis Patribus infirmata, & nisi fiat in illa derogatione expressè, & in indiuiduo illorum mentio, vt constat ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Decret Romanum Pontificem*, prope finem: & sic sentiunt Flavius Cherubinus in *compendio Bullarum, tomo 2. constitutione 1. Gregorij XIII. Schol. 2.* Marcus Antonius de Amatis, *decisione 17. per totam*, vbi

refert priuilegij verba: ergo, &c. Deinde priuilegia Regularium post decretum illud Clementis VIII. limitans facultatem supra aliquos casus Papales, fuerunt nobis vsque modo confirmata ex certa scientia, & plenitudine potestatis à Paulo V. & à Gregorio XV. vt patet; tum ex compendio nostrorum Priuilegiorum, *verb. Confirmatio priuilegiorum §. 3. & 4.* in vltima editione facta à peregrino, tum per confirmationem priuilegiorum factam à Paulo V. Societati Iesu, vt refert Suarez de *legibus lib. 8. capit. 16. num. 2.* in fine; tum etiam per priuilegia à dictis Pontificibus aliis Religiosis confirmata, sed priuilegiorum confirmatio facta ex certa scientia vim habet restituendi priuilegia reuocata à Prædecessore per specialem Bullam: ergo priuilegia Regularium modo per confirmationem sunt quoad omnia redintegrata, & reualidata: cum ergo ante illud decretum Clem. VIII. valide, & licite virtute priuilegiorum absoluebant Regulares ab omnibus casibus Papalibus, præterquam ab his, qui in Bulla cœnæ continentur, etiam modo eandem facultatem habent. Maior argumenti patet ex supradictis; nempe quod priuilegia alicuius Religionis confirmata ex certa scientia, eo ipso censentur confirmata pro omnibus Religionibus. Minor ergo probatur, quia sic sentiunt Doctores, vt Peyrinus in *Constit. 4. Iulij II. §. 3. numer. 11.* Suarez, *lib. 8. de legibus capit. 19. numer. 4. & 5.* Lezana, *tom. 4. in Summa verb. Priuilegia Regul. numer. 23.* Portel in *Dubio Regular. ver. Priuilegij confirmatio numer. 33.* Rosella, Rodericus, Naldus, & alij apud relatos: ergo. Dicit tamen aliquis; ergo si Regulares ex vi confirmationis priuilegiorum, ex certa scientia, possunt absolueri à casibus Papalibus, non obstante Decreto Clementis VIII. poterunt etiam absolueri à casibus Ordinario loci reservatis, virtute eiusdem confirmationis; cum data fuerit post prædictum Decretum Clementis VIII. sed id nullo modo est affirmandum: ergo neque etiam quod possint absolueri à casibus Papalibus contra Clementis Decretum, æqualiter vtrumque prohibens. Respondere potest quis, quod non obstante Decreto Urbani VIII. quod prohibetur Regularibus facultas absolueri à casibus Ordinario loci reservatis: etiam ex vi confirmationum priuilegiorum valent modo saltem Patres Societatis Iesu, & nos Clerici Regulares Theatini absolueri à casibus Episcopalibus reservatis virtute confirmationum priuilegiorum. Pro intelligentia huius probabilis opinionis aduertendum est; vt probauimus, priuilegia reuocata ex vi confirmationum ex certa scientia, de nouo concedi, viuificari, & innovari: ergo modo non obstantibus Decretis Pontificiis ante præscriptas confirmationes latis, possunt Regulares absolueri ab omnibus casibus reservatis, à quibus ex vi primæ concessionis priuilegiorum poterant. Sed tunc facultatem habebant super casus Episcopales, vt vidimus: ergo etiam nunc, cum ex vi confirmationum fuerint de nouo concessa, & innovata priuilegia illa per Decretum Clementis VIII. reuocata, & derogata saltem quoad facultatis limitationem. Et hæc omnia docet Vidal loco citato.

2. Sed proflus reiicienda sunt, vtpote contra communem sententiam Doctorem, contra stylum & præxim Romanæ Curia, & contra Decreta Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. quibus nouissime adde Sanctissimum D. N. Innocentium X. vt patet ex Epistola Sacræ Congregationis directa ad Archiepiscopum Neapolitanum Cardinalem Filomarinum, & tenoris sequentis: [*Eminentissimo, & Reuerendissimo Signor mio Osseruandissimo. Questa Sacra Congregazione hà piu volte dichiarato con ordini espressi di Clemente Ottauo di Gennaio, è Novembre 1602.*]

Sup. hoc in §. Ad secundum huius Ref. & supra latissime in Ref. 23; & in aliis eius primæ not.

di Paolo Quinto, di Gennaio 1617. & di Urbano Ottavo di Santa memoria di Novembre 1628. Che tutte le facultà d'assolvere da Casti riservati, o riservati da gli Ordinari, o vero compresi o da comprendersi nella Bolla in Cena Domini implicite, vel explicite & altri riservati solamente alla Santa Sede nel medesimo Decreto di Novembre 1602. concessa a Secolari, o Regolari, Congregazioni, o Confraternità di qualunque prerogativa, o specialità, etiam necessario esprimenda, sono state annullate, & estinte, così dal Sacro Concilio di Trento, come dalle suddette Constitutioni. E che in vigore delle confermatizoni, estensionis, o communicazioni ottenute dopo, o da ottenersi per l'averne sotto qualsivogliano amplissime clausule, non s'intenda mai renouata la suddetta facultà riservando solo g'indulti concessi specialmente fuori d'Italia, o dentro Roma quanto alli casti riservati alla Santa Sede non compresi in la suddetta Bolla, onde venendo rappresentato alla Santità di N. Signore de V. Eminenza con sua lettera de 4. d'Agosto precedente, che in cotesa Città, e in sua Diocesi alcuni Confessori Seculari, & Regolari senza giustificare con quale facultà assolvono de fatto dalle Censure, e Casti sudetti. Et in oltre disseminando opinioni erronee asseriscono, che per poter assolvere validamente delli Casti riservati all'Ordinario, basta haver domandato al medesimo la facultà, ancorche ricusi di concederla. Questi Eminentissimi miei Signori di commissione expressa di sua Beatitudine, me hanno imposto di scriuerle, che col l'autorità, che a tal effetto se le comunica, in virtù delle presenti, e sotto le pene, che giudicherà espedienti faccia intendere a tutti i Confessori di costui siano quanto si vogliono privilegiati, & essenti, che onninamente si conformino con i sudetti Decreti, & non ardiscono di contravenire sotto qualsivogliano pretesto, o caso, etiam di precisa necessità, fuorchè in articulo mortis con reincidenza si conualuerint. Dichiarò similmente annullati tutti gli Oraculi, & indulti Apostolici ottenuti in voce, da detto tempo in qua, & a gl'altri che pretendono haverne Breve o Bolla in forma specifica dopo l'ultima Constitutione d'Urbano, presaga un termine perentorio di tre mesi ad estirpare a questa Sacra Congregazione; altrimenti vuole, e dichiara N. Signore, che s'intendano decaduti, e privati di essi co ipso, senza altra intimazione. Et finalmente, che dopo haver fatto notificare costui doue e come stimarà esser di bisogno, che quelli che dimandano all'Ordinario la facultà d'assolvere, e non l'ottengono, non possono valersene. Ella dichiara incorrere nella sospensione dall'udir le Confessioni Sacramentali, quelli chi pubblicamente defenderanno la dottrina sudetta, o pure presumeranno temerariamente di assolvere, ancorche loro sia stata denegata, o non concessa la facultà da gl'Ordinari. Così V. Eminenza resti servita di fare, che pontualmente si eseguisca con dar quà distinto auiso dell'operato, Et io le bacio humilmente le mani. Di Roma 7. Decembre 1647. Di V. Eminenza Humilissimo, & affezionatissimo seruitore, M. Cardinale Ginetti G. Archivescovo di Petrasio Secretario.

3. Nec obstant argumenta superius in contrarium adducta; nam licet privilegium adductum à Patre Vidal, non solum loco citato, sed etiam titulo de Inquisitione, Inquisitione 4. num. 24. concessum Societati adduxeram ego, & post me adducit, & sequitur Amicus in Cur. Theolog. tom. 5. disp. 9. sect. 10. num. 148. cum sequentibus, & Samuelius in Praxi de Sepulturis tractat. 1. controversia 15. numer. 16. tamen dicendum est, privilegia Societatis derogari absque dicta solemnitate, & sic ego rectè mutavi

sententiam, vt obseruat Religiosissimus, & doctissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus in sua defensione contra Patres Societatis Iesu parte 3. numero 93. vbi sic ait: [Siendo la Bolla de Urbano VIII. reuocatoria de los Privilegios, que otorgaron antes otros Pontifices Romanos a la Compania, no prauidica à sus Religiosos, si primero no se les insinua, y notifica personalmente, como se especifica en la concession de Gregorio XIII. Incip. Equum. expedita Roma, octavo Calendas Iulij anno 1572. Cierio es que lo finio el Antonio Diana 3. parte, tract. 2. resolutione 68. T con ser interessado en la opinion; por quanto su Religion participaba de la misma gracia; cuando despues la Curia Romana, hallo, que su estylo quaziandiano estaba en contrario de la sentençia; para lo qual ziendo los Breues mencion expressa de los Regulares, se viene por suficiente, para que sus Indultos queden derogados. Por esto modo Diana da pafeser in parte septima, tractatu decimo, resolutione vigesima nona, ibi]: Sed licet ego olim pro Societate & pro mea Religione ex parte hanc sententiam docuerim; modò tamen illam cum omnibus à Patre Amico supra asserito vitiis doctis mandandam relinquo. Nam stylos Curie videtur in contrarium, & ex multis Bullis Pontificis apparere, derogari privilegia Societatis sufficienter, quando de ipsa expressa mentio fit: & in Bullis supradictis etiam in fine apponitur Clausula: Ac, si eis perualiter fuissent intimata. Hucusque ex me Palafox, Adde, quod dictum privilegium, vt testans est mihi doctissimus, & amicissimus Pater Lezana, loquitur tantum de privilegiis, quoad Confirmationes, non autem de reuocatione aliorum privilegiorum. Itaque absolute dictum privilegium nunc non admitto.

4. Ad secundum argumentum adductum propter clausulas, ex certa scientia & motu proprio, appellatas in confirmatione privilegiorum Regularium, patet responsio ex his, quæ late firmat Pater Palqualigus in Questionibus Canoniciis, Centuria 2. quest. 107. & 108. ex quibus corrumpunt omnia, quæ Pater Vidal ex dictis clausulis conatur probare. Recognoscat omnino dictum Patrem Palqualigum: & Sacra Congregatio vt visum est ex mente Pontificis annullat omnia privilegia cum quibuscumque clausulis, & ergo.

5. Ad tertium argumentum, quod privilegia Regularibus concessa, sint remuneratoria, & ideo transferunt in vim contractus. Respondeo etiam corrumpere ex his, quæ docuit late Pater Geminiparus à Drepano in Defensione iuris Pontifici, disputacione 4. quest. 4. & 5. Et quidem si argumenta Patris Vidal firma essent, sequeretur, reuocationes privilegiorum Regularium appositae in pluribus Bullis, & Decretis Pontificis ad nihil hodie deferuere, propter confirmationem privilegiorum Regularium postea factam cum clausulis, ex certa scientia Motu proprio, &c. Sed hoc dicere est absurdum, vt patet ex stylo Curie, & praxi, & ex rationibus adductis à Palqualigo loco citato. Ergo.

6. Ad ea verò, quæ asserit Vidal de declarationibus Sacre Congregationis, videlicet, non esse necessariam sequendam: Quicquid fit de hac doctrina, assero esse sequendam in casu nostro, in quo dictæ declarationes manarunt ex ordine, & facto verbo cum Sanctissimo, qui mandauit inuolubiliter obseruari. Rectè itaque post dictam declarationem Ludouicus de la Cruz in Bullam Cruciate, disputacione 1. cap. 3. amb. 5. numer. 8. Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 20. de Praxi, & numero 17. & alij communitè, asserunt hanc

Regularis

De Dubiis Regularium. Ref. CCLXIX. &c. 179

Regulares non posse virtute privilegiorum absolvi amplius à casibus Episcopo reservatis. Vide etiam Notarium in Summa Bullarum tom. 2. titula de Casibus reservatis, numero secundo, Marcellum Volve in praxi Fori Ecclesie. cap. 3. n. 10. cum sequentibus.

RESOL. CCLXIX.

An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvi à censuris ab Episcopo reservatis non obstante Decreto Clem. VIII. & Cardinalium declaratione?
Et an possint Regulares excommunicationem referuare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstinuit Prælati Regularibus facultatem peccata referuandi?
Et in textu huius Resolutionis alij quinque casus vult notandi, & in promptu tenendi discutiuntur. Ex p. 3. et 2. Ref. 13.

§. 1. Negatiuam sententiam docet P. Marullus in suis eruditissimis disputationibus, quas nouissime edidit, tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 4. n. 575. putat enim, quod sub prohibitione casuum referuatorum in dicto Decreto Clementis, comprehenduntur censuræ, nam ratio prohibitionis Summi Pontificis militat etiam in censuris.

2. At his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet noster Megala in 1. p. lib. 1. c. 3. n. 10 vbi sic asserit. Nec tali privilegio obstat reservatio censurarum, quam Episcopi faciunt. Quia quamuis Decretum Sacræ Congregationis publicatum die 9. mensis Januarij 1601. & declaratum die 26. Nouembris 1602. restringat dictum privilegium quoad casus, quos ordinarij locorum sibi referuauerunt, vel in posterum referuabunt, tamen cum dictum decretum loquatur tantum de casibus, non habet locum in censuris, nam in diuersis non fit illatio, ex l. Papinianus, ff. de minor. cap. ad audientiam, de decimis; & censura non est casus, sed pena casus, vt dicit Nauarrus in man. c. 27. n. 272. Ita Megala. Vnde vtramque opinionem puto esse probabilem.

3. Displicet verò mihi id, quod Marullus vbi supra asserit, nempe fallam esse sententiam Suarez tom. 4.

disput. 28. sect. 3. n. 13 asserentis posse Prælatos Regularium excommunicationem referuare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstinuit Prælati Regularibus facultatem peccata referuandi; nam sententiam Suarez puto probabilem esse, & illam tenet Faustus in speculo relig. lib. 6. prec. 88. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diff. 38. n. 5. Coriolanus de casu referuati p. 1. sect. 1. n. 1. c. n. 1. Fagundes p. 2. lib. 8. cap. 4. n. 5. & alij, quæ opinio multam probabilitatem confert opinioni Megalæ superius adductæ. Licet ego magis probabiliter cum multis alijs, vt alibi diximus, putem, Prælatos Regulares, stante dicto Decreto Clem. VIII. non posse excommunicationem sibi referuare.

4. Notandum est tamen hic obiter primo, quod Comitulus in resp. mor. l. 6. g. 9. & Marullus vbi supra docent, quod si Confessarius in excommunicationem incidat Papæ reservatam ex Decreto Clem. VIII. quia absoluit à casibus reservatis non posse absolui à Regularibus virtute suorum privilegiorum, etiam stante moderatione dicti Decreti facta à Sacra Cardinalium congregatione. Verum aliqui contrarium docent, quia excommunicatio de qua loquimur, neque in Bulla Cœnæ, neque in exceptione sex casuum, in secundo decreto contentorum, comprehensa videtur, qui soli casus videntur exclusi à iurisdictione Regularium, qui ante primum Decretum, vigore suorum privilegiorum à Pontificis casibus absoluebant, vt patet ex illis verbis secundi decreti, ibi ipsum decretum ita moderatum, &c. Sed exceptio firmat regulam in casibus non

exceptis; ergo, &c. Et hanc sententiam esse probabilem, patet ex ipso Marullo vbi supra n. 581. Nam negatiuam, quam ipse tenet, vocat probabiliorem.

5. Nota etiam secundò, quod Paulus V. die 7. Ianuarij ann. 1617. confirmauit, & aliqua addidit supradictis Decretis Clem. VIII. ita vt aliqui opinati sint in supradicto Decreto Pauli V. fuisse abrogata simpliciter omnia privilegia, & facultates, non solum absoluedi à casibus, & censuris Bullæ Cœnæ violationis immunitatis Ecclesiasticæ, & alijs in declaratione, seu moderatione Decreti Clem. VIII. recensitis, verum etiam ab omnibus alijs Romano Pontifici reservatis; & hoc per illa verba. Ac insuper designat nouam legislatoris dispositionem ab antiquis omnino distinctam, vt patet ex textu in cap. statutorum §. insuper, vbi glossa, de referptis in 6. Sed hanc sententiam refellit Duardus in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quest. 1. num. 31. & seq.

6. Nota tertio contra Megalam in 1. part. lib. 1. c. 13. n. 21. quod Decretum supradictum Clementis VIII. non derogat privilegijs Regularium, & Confessariorum in suburbis ciuitatis Romæ commorantium, quia licet in materia odiosa, appellatione Urbis, seu Ciuitatis non veniant suburbia; sed verò dicendum est in materia fauorabili, & ita hanc sententiam in terminis tenet Marullus vbi supra diff. 2. n. 556.

7. Nota quarto, non ligari excommunicatione in dicto Decreto contenta, confessarios, absoluedes à casibus Episcopo reservatis à iure; ex quo inferitur, Regulares, qui antea habebant privilegium absoluedi ab omnibus casibus, & censuris, etiam Papæ reservatis, posse non obstante dicto decreto, nunc vigore dictorum privilegiorum absolvi à casibus à iure Episcopo reservatis; sicut antè poterant; & posse etiam absolvi à casibus Papalibus occultis, quia huiusmodi casus post Concilium Tridentinum sunt Episcopales, vt notat Sanchez in summa, to. 2. l. 4. c. 54. n. 27. cui nouissime addendus est Marullus citatus d. 1. c. 2. diff. 1. n. 540. vbi etiam n. 138. notat, & rectè, ad incurrendam dictam excommunicationem in supradicto Decreto, contra Confessarios latam, non sufficere ignorantiam, etiam crassam, siue iuris, siue facti, quia fertur tantum contra præsumentes absolvi, quod verbum denotat requiri scientiam in absoluedo, vt plerique tradunt Doctores.

8. Tandem nota quinto, quod dictus Marullus loc. cit. n. 542. putat aduersum me in tr. Misc. * ref. 30. Ganbaruptam de casu referuati c. 3. n. 8. supradictum Decretum Clem. VIII. derogare privilegijs Regularium existentium in Insulis Siciiliæ, Sardinie, & Corsicæ. Sed ego nostram sententiam puto iterum probabilem esse, & ita illam etiam existimant multi viri docti Societatis Iesv. & nostræ Religionis, nunc post Marullum vitum, de hac re à me consulti.

RESOL. CCLXX.

An Regulares possint absolvi à casibus reservatis Episcopo de iure communi? Ex p. 8. et 7. & Misc. Ref. 71.

§. 1. Affirmatiuè respondi in 3. p. ar. 2. resol. 13. sed negatiuam sententiam nominatim contra me tenet Bordonus in consil. Regul. resolut. 6. quest. 9. num. 11. Tum quia in Clem. Religiosi, de privilegijs, prohibitum fuit Religiosis absolvi seculares Clericos, & laicos excommunicatos à Canone, quo nomine venit excommunicatio iure communi promulgata, ibi autem ponitur exceptio his verbis: Præterquam in casibus à iure expressis, vel per privilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem. Gloss. versio. A Canone. includit sub hac prohibitionem tam excommunicationem alijs reservatam in iure, quam non reservatam;

Sup. hoc in tom. 5. et 4. Ref. 6. paulo post instituit, à verè. Et eandem.

Sup. hoc magis late in Ref. seq. & in alijs eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. ad medium;

Sup. hoc supra ex doctina Ref. 251 §. 2. à fin. & in alijs eius not.

* Quæ hic est mira Ref. 272 §. 2. & in alijs eius alijs not.

Quæ hic est Ref. antecess. in §. Nota quarto, & in tom. 3. et 6. lege doctri. n. 5. et Ref. 7. & Ref. 8. per totam;